



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 31. Turcæ Melitam obsidentes, ac profligati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. non in duas Epistolas Divi Pauli ad
A. C. 1565. Timotheum. II. Expositio in Psalmos
 Davidis. III. Tractatus de justifica-
 tione contra Osiandrum. IV. alius de
 Sanctissima Trinitate, unacum confu-
 tatione contra Valentinum Gentilem
 adornata. V. Responsum ad triginta
 duos Lovaniensium Theologorum arti-
 culos. Hæc omnia opera latino ser-
 mone erant elucubrata,

§. XXXI.

*Turcæ Melitam obsidentes, ac
 profligati.*

Thuan. l. 38. Cum Roma tot Cardinalium, quorum
 obitum nuper descripsimus, jacturam
 deploraret, interea Turcæ cum
 tanto armorum apparatu, quo major
 hucusque nunquam conspiciebatur, Me-
 litam Insulam obsidebant: porro tam
 copiis, quam classi præerant Mustapha
 Bassa, necnon Dragutes Pirata: verum
 quamvis Turcæ desperationis rabie in-
 censi frequentes admodum incursum fa-
 cerent, nihilominus Equites incredibili
 fortitudine cunctos eorum impetus e-
 ludebant, unde tertio obsidionis
 Mense, Dragute occiso, ac desideratis
 plusquam ducentis turcarum millibus
 Mustapha obsidionem solvere cogebatur,
 cum haud amplius pugnando par esset,
 etsi suppetiæ, quas Hispaniæ Rex sub-
 mise-

Sæcul. XVI.
A. C. 1565.

miserat, nonnisi tardius advenissent, ob quarum tamen cunctationem tot fortissimi Equites vitæ jacturam fecerant, imo ipsa Insula excidio proxima fuerat, quam tamen Valetta supremus Ordinis Magister natione Gallus sua magnanimitate, ac prudentia conservabat. Fertur, quod circa hujus obsidionis finem quidam Franciscanus Dei oraculo fuerit admonitus, Melitam minime expugnatum, Turcas vero devictum iri. Hujus promissionis vaticinium Monachus ceteris manifestabat, illudque minime confictum testatus est, unde aucta pariter omnium fiducia non parum obsessi animo firmabantur. Postea, cum Melitensis Urbis mænia soluta obsidione ferme penitus essent dejecta, nova urbs condebatur, quæ a supremi Ordinis Magistri nomine Valetta nominabatur, ita decernente Equitum Senatu.

§. XXXII.

Juramenti formula Regis Franciæ jussu a Calvinistis signanda.

Equidem Franciæ Rex Bajonnæ majori fruebatur tranquillitate, non nihil tamen illum turbabant Calvinistarum Nobilium molimina, quapropter priusquam ex hac urbe discedebat, juramenti formulam proponi curabat, quam a pluribus Optimatibus, & Cal-

Daniel hist. de France t. 6. p. 369.
La Popel l. 20. M. S. de Franc. tom. 4.
Duplex hist. de France vi-t. 13. p. 709.

Hist. Eccles. Tom. XLVII,

E e

vi-t. 13. p. 709.